

Jf
788

Mac. 12.

R E C T O R
A C A D E M I A E L I P S I E N S I S
S A C R A N A T A L I T I A
D O M I N I N O S T R I I E S V C H R I S T I

DIE XXV. MENSIS DECEMBRIS A. R. S. cI*o*c*o*c*o*c*o*v*x*

O R A T I O N E A N N I V E R S A R I A

I N

A E D E P A V L I N A

P I E R E C O L E N D A M

I N D I C I T

*De doctoribus veteris ecclesiae culpa corruptae per Platonicas sententias
Theologiae liberandis*

Commentatio V.

БЕЗ
СИЛЕНІА ТАМЕА
АГІНАТАН АЯСІ

ІГІНОВІСТЯ ПІДОМІ

АНИНІЯ РАДА О

II

АДЕ ТАУІНА

МАСИССОВА ЗІ

1802

Сільського



Progressuri iam ad scriptorum veteris ecclesiae de malis angelis doctrinam, ad eiusmodi eorum sententiam deferimur, in cuius origine explicanda, quanquam, si quo alio in capite, in hoc certe iudaica eius origo luculentissime poterit doceri, rursus tamen ad Platonicam philosophiam confugiendum esse statuerunt. Dicimus autem perquam decantatum illud et ineptum sane eorum commentum de consuetudine, quam angelos quosdam cum hominum mulieribus habuisse opinati sunt; de quo cum iam pro confiliis nostri ratione nonnihil sit disputandum, primum omnium quidnam hac de re docuerint, et quam varia id ratione proposuerint, et a quibusnam id potissimum fuerit defensum, paulo pluribus videtur declarandum.

Iam vero in eo quidem omnes, quotquot faciunt huius rei mentionem, consentiunt, ut dicant angelorum haud paucos, qui adhuc e bonorum numero fuissent, e coelo delapsos foeminarumque humanarum pulchritudine captos, cum iis concubuisse, liberosque ex iis procreasse, qui, cum mixtae cuiusdam naturae fuissent, humanae nimirum atque angelicae, gigantes evaserint, propterque hoc facinus eos a Deo punitos exque eoelo depulsos fuisse, pristinamque maiestatem et sanctitatem perdidisse, gigantes autem illos, qui omnibus se sceleribus polluissent, aquarum eluione terris immissa deletos fuisse. Ita enim rem ab omnibus fere quatuor priorum saeculorum scriptoribus, cum graecis, tum latinis, nominatim Pseudo-Clemente Romano¹⁾,

A 2

Iustino

1) *Homil. VIII. in Corelerii PP. Apost. T. I. p. 676. s. edit. Cler.*

Iustino Mart.²⁾ Athenagora³⁾, Heracleonte⁴⁾, Irenaeo⁵⁾, Clemente Alexandr.⁶⁾ Methodio⁷⁾, Eusebio⁸⁾, Stephano Go-bar.⁹⁾ Tertulliano¹⁰⁾, Cypriano¹¹⁾, Commodiano¹²⁾, Lactantio¹³⁾, Hilario¹⁴⁾ et Seuero Sulpicio¹⁵⁾ narratam videas. In singulis tamen huius rei momentis definiendis eodem scriptores aliquo modo discrepantes interque se dissentientes deprehendes, quanquam haec non est magna admodum diuersitas. Differunt nimirum primum in eo, quod plerique quidem angelos istos bonos ante et probos fuisse, mulierumque humanarum pulchritudine captos et allectos e coelo dixerunt descendisse, ut earum amplexibus fruerentur, tumque propter hoc ipsum scelus non iterum in illud admissos fuisse¹⁶⁾, Irenaeus vero eos, qui cum mulie-

2) *Apolog.* II. §. 6. p. 73. edit.
Thal. itemque *Apol.* I. §. 5. p. 5.

3) *Legat.* pro Christ. c. XXII. §.
u — 15.

4) In fragmentis Comment. in Ioan.
a Massuet. ad calcem Operum Irenaei
collect. T. II. p. 374.

5) Adu. haer. l. IV. c. 16. p. 246.
et c. 36. §. 4. p. 279. edit. Massuet.

6) *Paedag.* l. III. c. 2. To. I. Opp.
p. 260. edit. Pott. et *Serom.* l. III. p.
538. itemque l. V.. p. 650.

7) Apud Epiphian. haer. LXIV. n.
21. p. 544. edit. Petavi. et apud Phot.
Bibl. cod. CCXXXIV. p. 908.

8) *Praepar. euangel.* l. V. c. 4.
p. 311.

9) Apud Phot. *cod.* CCXXXII. n.
26. p. 897.

10) *De virgin. veland.* c. 7. Opp.
T. III. p. 15. edit. Seml. *de habit.*
muliebr. c. 2. *ibid.* p. 36. *de cult. foem.*
c. 10. *ib.* p. 65. *de idolol.* c. 9. To. IV.
p. 156. *adu. Marc.* l. V. c. 18. To. I.
p. 461. et *Apolog.* c. 22. To. V. p. 62.

11) *De vanit. idol.* p. 13. Opp. edit.
Brem. et *de habitu virgin.* p. 99.

12) *Instruct.* III. p. 200. edit. Daviſ. Minucio Fel. subiectae.

13) *Instit.* diu. l. II. c. 14. Opp. T.
I. p. 263. ed. Bünem.

14) *Comment.* in *Psalm.* CXXXII, 2.

15) *Sacr. Hift.* l. I. c. 3.

16) Ita enim ex scriptoribus modo laudatis rem diserte describunt e. c. Athenag. l. I. vbi haec de angelis narrat: οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι αὐθαίρετοι δὲ, οἷοι γεγόνασιν ὑπὸ τῷ Θεῷ, ἔμενα ἐφ' οἷς αὐτές ἐποιησεν καὶ διέταξεν ὁ Θεός· οἱ δὲ ἐνθύμησαν, καὶ τῇ τοῦ θείου ὑποσει, καὶ τῇ ἀρχῇ; — ἐκεῖνοι μὲν εἰς ἐπιθυμίαν πεσούστες παρθένων καὶ ἡττες σωρκός, ἐφεβέντες — ἔτοι τούνα εἰ ἐπεσόντες τῶν ἀραιῶν, περὶ τὸν ἀέρα ἔχοντες, καὶ τὴν γῆν, ἀκέτη εἰς τὰ ὑπερφύνα ὑπεκυψαν δυνάμενοι: itemque Clemens Alex. *Serom.* l. III. p. 538. vbi haec habet: ἦδη δὲ καὶ ἄγνενοι τινες, ἀνετεῖς γενόμενοι, ἐπιθυμίᾳ ἀλοντες, ἀγανόθεν δεύρῳ καταπεπτάκασιν; et *Paedag.*

mulieribus hominum rem habuissent, diserte adpellat transgref-
fores¹⁸), eosque in terram in iudicium dicit decidisse¹⁹), statu-
isseque adeo videtur, ante iam facinus aliquod ab iis admissum
fuisse, cuius causa e coelo fuerint depulsi, iamque eos in terram
deiectos hoc nouo se scelere polluisse²⁰). Contra vero Clementi-
norum auctor rem sic narrat, ut angelos istos, qui coelum
inhabitassent, a deo dicat postulasse, ut permitteret iis humanam
naturam adsumere, eoque impetrato humanis etiam cupidinibus
tactos fuisse, iamque in foeminarum concubitum lapsos esse, eo-
que ipso facultatem in primam naturae suae puritatem redeundi
penitus amisisse²¹). Comodianus autem eos a Deo potius ad
terram visitandam in eam dicit demissos, hieque foeminarum
forma captos, spretis mandatis a Deo sibi iniunctis, illarum se
connubio inquinasse²²). Quibus simillima sunt, quae Lactan-
tius

A 3.

deg. l. III. c. 2. p. 260. ubi δεῖγμα σοι,
inquit, τέτων οἱ ἄγγελοι τὰς θεάς τῷ
καθόδος καταλεπούστες διὰ καθόδος μαρτινό-
μενον, καὶ τεσσάρον ἐξ ἑραῶν ἀποτεσσό-
τες ψαυταί. Terull. de hab. mulier. c.
2. Opp. T. III. p. 36. Nam et illi, qui
ea (ornamenta) constituerunt, damnati
in poenam mortis deportantur, illi sci-
licer Angelī: qui ad filias hominum de
coelo ruerunt, ut haec quoque ignomi-
nia foeminae accedat: et Sulpic. deni-
que Seu. hist. Sacr. l. I. ita scribens:
*Qua tempestate cum iam huminum ge-
nus abundaret, Angelī, quibus coetum
sedes erat, speciosarum forma virginum
capti, illicitas cupiditates apperierunt:*
ac naturae suae originisque degeneres;
relictis superioribus, quorum incolae
erant, matrimonii se mortalibus mi-
scerunt.

17) Adu. baeres. l. IV. c. 36. p.
279. Temporibus Noe diluvium inducens,
(Verbum) tri extinguere pessimum ge-
nus eorum, qui tunc erant, hominum,

qui iam fructificare Deo non poterant;
cum angelii transgressores commixti fu-
issent eis.

18) Ibid. l. IV. c. 16. p. 246. Enoch:
— quium esset homo, legatione ad ange-
los fungebatur, et translatus est, et
conservatur usque nunc testis iudicii
Dei: quoniam angelii quidem transgressi
deciderunt in terram in iudicium.

19) Quod ipsum acute iam anim-
aduertit Collega coniunctissimus, Io-
Geo. Rosenmüllerus de fatis interpre-
tationis sacrarum litterarum in ecclesia
christiana, Part. XIV. p. II. not. 23.

20) Sunt nimirum verba eius l. I.
haec: τῶν γὰρ τὸν ἑραῶν ἔνοικότων
πνευμάτων, οἱ τὴν κατωτάτω κάρεαν κατοι-
κήντες ἀγγελοι: — αἰτήνται εἰς τὸν ἀνθρώ-
πων ἐδεῖν βίον. — Ἐπειδὴ ἔντος τὰ
πάντα ἀνθρώπου ἐγίνοντο, καὶ τὴν ἐπιβι-
μένην ἔσχον τὴν ἀνθρωπίνην ὑπὸ ταύτης
ικρατήμεναι, εἰς γυναικῶν μὲν ἀλισθον.

21) Narrat nimirum l. I. rem his
verbis:

Cum

tius narrat, qui quippe et ipse angelos istos in tutelam cultumque generis humani in terram a Deo dicit demissos fuisse, neque tamen ipsorum culpa et prava libidine in mulierum humanarum amorem eos vult abreptos, sed a diabolo potius ipsa cum iis consuetudine ad vitia tradit pellectos fuisse, et mulierum congressibus inquinatos²²). Tum porro in eo etiam leuis quaedam diversitas deprehenditur, quod cum plerique quidem horum scriptorum simpliciter mulieres humanas commemorent, vbi de isto angelorum cum iis congressu loquuntur, Athenagoras²³) contra et Sulpicius Seu.²⁴) virginum potius mentionem faciunt, et Tertullianus²⁵) pluribus adeo docere ac demonstrare sustinet,

virgi-

Cum Deus omnipotens exornaret
mundi naturam,
Visitari voluit terram ab Angelis
item,
Legitima cuius spreuerunt illi di-
missi:
Tanta fuit forma soeminarum, quae
flecteret illos,
Ut coquinati non possent coelo
redire.

22) Ipsa eius verba l. l. haec sunt:
Quum numerus hominum coepisset increcere, prouidens Deus, ne fraudibus suis diabolus, cui ab initio terrae dede- rat potestatem, vel corrumperet, vel disperderet homines, quod in exordio rerum fecerat; misit angelos ad tutelam culiumque generis humani: quibus praecepit ante omnia, ne terrae contagione maclati, substantiae ecclesie amitterent dignitatem. — Itaque illos, cum hominibus commorantes, dominator illae terrae fallacissimus consuetudine ipsa paulatim ad vitia pellexit, et mulierum congressibus inquinavit. Tum in coelum ob peccata, quibus se immerserant, non recipit, ceciderunt in terram. Sic eos

diabolus ex angelis Dei suos fecit satellites ac ministros.

23) Dicit enim l. l. diserte εἰς ἐπιστολὰν τοῦ Σενένου angelos istos delapsos fuisse.

24) Qui et ipse in loc. not. 16. iam recitat *Speciosarum virginum forma* eos dicit captos fuisse.

25) *De zeland. virg. c. 7.* vbi postquam locum Gen. VI, 2. his verbis recitauerat: *Et factum est, cum coepissent homines plures fieri super terram, et filiae naras sunt eis. Conspicati autem filii-Dei filias hominum, quod pulchrae essent, acceperunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerunt;* haec deinde addi: *Hic enim nomen mulierum Graecum, uxores sicut: quia de nupiis nomen est.* Cum ergo filias hominum dicunt, manifeste virgines portendit, quae adhuc apud parentes deparentur. Nam nupiae maritorum nuncupantur, cum potuerit dixisse uxores hominum aequae, non aduleros nominans angelos, sed maritos, dum innupras sumunt filias hominum, quas naras supra dixit. Neque tamen hac de re penitus nostro

virgines utique fuisse. Ad ipsum vero hoc angelorum cum mulieribus connubium explicandum, quemadmodum facile adparet, eos non potuisse non corpora iis tribueré; ita hoc ipsum, praeter Pseudo-Clementem²⁶), diserte adhuc monuit Stephanus Gob., qui membra adeo virilia iis adsignare nullus dubitauit²⁷). Alii tamen, teste quidem Procopio Gazaeo²⁸), rem ita potius explicarunt, ut virorum, quos angelii isti obsedit, interuentu flagitium istud ab iis peractum esse defenserent. Tum in mercede etiam, qua angelos istos sponsarum amorem dicunt remuneratos fuisse, definienda vario modo versantur. Nunc enim arcana commorant, quae angelos istos iis dicunt reuelasse²⁹), nunc artes, quas eas docuerint, vel in vniuersum³⁰), vel singulas quasdam easque cum bonas, tum malas, veluti rerum naturalium cognitionem, Astronomiam et Astrologiam, artes magicas et alia³¹).

nunc

stro persuasum fuisse, ex iis adparet, quae paulo post addit: Sed et se contaminatas iam foeminas angelii illi appetissent, tanto magis propter angelos virginis velari debuissent, quanto magis propter virginis angelii deliquisse potuissent.

26) Qui l. not. 20. l. eos hominum in omnibus similes factos esse humanae naturam adsumsisse tradit.

27) Apud Phot. l. l. ubi haec leguntur: οἱ ἄγγελοι κατελθόντες ἐκ τῶν ἔρων εἰς τὴν γῆν, σάρκα τε ἕσχον, καὶ παιδοποιία μέρια, καὶ τὰς γυναικίους ὑβρίσαντες, τὰς γυνάτας ἐγένενται.

28) In Commentariis græc. in Hebreo et Cantic. ineditis, (de quibus vid. lo. Christ. Gottl. Ernesti, V. Cel. Comment. Lipsiae 1785. 4. editam,) ubi postquam ad locum Gen. VI, 2. narrauerat, ea, quae de filiorum Dei cum hominum filiabus coniubiis hic tradantar, de angelis quosdam explicare, iamque monuerat, ta-

lia ab angelorum natura prorsus abhorrente, haec deinde addit: ἀλλ' ἐν αὐτάσιοι φασὶ τινες οὐκισταντες, δι' αὐτῶν τὰς μήτερας εἰργάσαντο.

29) Quae commemoarat v. c. Clem. Alex. Strom. I. V. p. 350. οἱ ἄγγελοι inquiens, ἐκεῖνοι οἱ ἄνω κάτων εἰληφότες κατοιδιζόμεντες εἰς ὑδονάς ἔξειπον τὰ απόρητα τὰς γυναικίν, θάσι τε εἰς γυνάσιν αὐτῶν ἀφύπτοντας, κρύπτοντας τῶν ἄλλων ἄγγέλων, μᾶλλον δε τυρπτόντας εἰς τὴν τὸ Κυρίες παρεστασίαν. ἐπειδὲν ίδια τὰς προνοίας διδασκαλία ἔφην, καὶ ίδια τῶν μετεώρων ἀποκάλυψε.

30) Has eos ipsas docuisse dicit e. c. Comodianus l. l. ubi haec habet: Ab ipsis in terra artes prolatæ fuerunt:

Et tingere lanas docuerunt, et quaecunque geruntur.

31) Quo pertinet v. c. id, quod tradunt Stephan. Gobar. qui in loc. not. 27. laud. post verba ibi allata haec addit: καὶ τὸ λαόντας αὐτὸς τέχνας τε

nunc denique varia cultus muliebris genera, quae cum iis communicauerint³¹). Denique et hoc notari meretur, quod, quamquam plerique gigantes ex connubiis istis procreatos fuisse defendant³²); Iustinus tamen Mart.³³) Tertullianus³⁴) et Lactantius³⁵)

gigan-

³¹ *κανονεχίας*; itemque Clem. Alex. in Eccl. ex scriptur. prophet. Opp. To. II. p. 1002. ita scribens: οὐδὲ πάλιν φύση τέος παραβάτως αγρύπνεος διόδης τοῖς ἀνθρώποις ἀσφαλεῖς νοῆται τὰς ἄλλας τέχνας. Astrologiam vero nominatim commemorat Tertull. de idolol. c. 3. vbi postquam de illa ipsa Astrologia dixerat, haec addit: *Vnum propono, angelos esse illos desertores Dei, amatores foemina- rum, proditores etiam huius curiosita- sis.* Huic vero Astrologiae alio in loco de habet. muliebr. c. 2. alias quoque artes, et physicas, et magicas, ad- dit, haec quidem de angelis istis tra- dicens: *Nam cum et matrias quasdam bene occultas, et artis plerisque non bene reuelatas, seculo multo magis im- perito prodiissent, (si quidem et metal- lorum opera nutauerant, et berbarum ingenia traduxerant, et incantationum vires pronulgauerant, et omnem cario- sitatem, usque ad stellarum interpreta- tionem designauerant,) proprie et quasi peculiariter feminis instrumentum glo- rias contulerunt: lumina lapillorum, quibus monilia variantur: et circulos ex auro, quibus brachia armantur: et medicamenta ex suco, quibus lanae col- lorantur: et illum ipsum nigrum pul- verem, quo oculorum exordia producun- tur. Similia habet etiam Apolog. c.*

35. To. V. p. 87.

32) De quo praeter Tertull. in loc. modo laud. loquitur etiam Cyprianus de habet. virg. p. 99. vbi postquam de

variis mulierum artibus sese ornandi dixerat, haec deinde addit: *Quae omnia peccatores et apostatae angelis suis aribus prodiderunt, quando ad terram contagia deuoluti, a coelesti vigore re-cesserunt. Illi et oculos circumducto nigrore fucare, et genas mendacio ru- boris inficere, et murare adulterinis cor- doribus crinem, et expugnare omnem oris et capitis veritatem, corruptelae suae impugnatione docuerunt.*

33) Cuius rei Sulpicius quidem Se- ver. hanc L. I. causam fuisse dicir, quod diuersae naturae, angelicae ni- mirum et humanae, commixtione non potuerint non monstra gigni.

34) Apolog. II. §. 6. vbi postquam angelis istis pueros ex mulierum con- nubiis natos esse dixerat, *ei siue, ad- dit, ei νεότεροι δαίπνοι.*

35) Apolog. c. 22. To. V. p. 62. ita scribens: *Quomodo de angelis quibus- dam sua sponte corruptis corruptior gens daemonum evaserit, damnata a Deo cum generis auctoribus et cum eo, quem diximus, principe; apud litteras sanctas ordo cognoscitur.*

36) Qui l. I. de prole istorum an- gelorum haec habet: *Qui autem sunt ex his procreati, quia neque angelii, ne- que homines fuerunt, sed medium quan- dam naturam gerentes; non sunt ad inferos recepti, sicut in coelum parentes eorum. Ita duo genera daemonum sacra sunt, unum caeleste, alterum ter- renum.*

gigantum loco daemones commemorant^{37a)} , in quibus Afhena-goras^{37b)} contra gigantum potius istorum animas agnoscendas esse defendit; unde omnis illa, si quae fuerit diuersitas, facilli-me poterit explicari^{37c)}.

Quanquam vero haec sententia, cuius iam omnes partes satis videmur nobis illuстрasse, cum per plura saecula a tot viris non exiguae auctoritatis fuisse defensa, sat altas videri potuisse radices egisse; tamen ipso adhuc quarto saeculo nonnulli iam extiterunt, qui eam non modo improbarent ac repudiarent, sed argumentis etiam oppugnarent, vanitatisque arguerent. Quorum vestigiis cum sequenti etiam saeculo plures alii insisterent, non mirum est, eam post penitus fuisse abiectam planeque obsoletam, ac pro haeretica adeo declaratam³⁸⁾; omninoque facile poterat praeuideri, eam quam primum de illa paulo diligentius cogitari coeptum fuisse, se vix diu esse tuituram. Cum vero huius loci non sit, de argumentis, quibus eam impugnarunt, pluribus exponere³⁹⁾, sufficiat nobis, praecipios saltem nominasse, qui in ea castiganda elaborarunt. Eminuerunt autem inter eos potissimum Chrysostomus⁴⁰⁾, Theodoretus⁴¹⁾, Cyril-

lus

37a) Falsum ergo est, quod Wernsdorfius in *Exercit.* mox laudanda p. 16. unum modo Iustinum gigantum loco daemonum dicit mentionem fecisse.

37b) *Legat. pro Christ. c. 22. §. 15.*
al τῶν Τργαντῶν, inquiens, ψυχαὶ οἱ περὶ τὸν κόσμον εἰσὶ πλανώμενοι Δαίμονες.

37c) Qua de re in *Commentat.* proxime edenda plura dicendi locus erit.

38) Hanc certe maculam ei inure-re non dubitauit Philastrius, diserte eam in haeresium numero ponens, baer. *CVII. p. 208.* edit. *Fabric.* Ne-que lenius de ea iudicauit Theodore-

tus, dum *Quaest. XLVII. in Genes.* haec ponit: ἐμβούντητοι τινες καὶ ἄγνωτοις ἀγγέλοις τούτοις ὑπέλαθον, τὰς οἰκεῖας τῶν ἀνθρακίας ἀπολογίαν σχύζειν ἔγγινεν, εἴ τῶν ἀγγέλων τοιαῦτα κατηγοροῦν.

39) Si quis summam eorum cognoscere cupiat, ei adeundus in primis est Suicerus in *Thesaur. Eccl.* To. I. p. 38. f. vbi ad certa quaedam capita ea redacta deprehendet.

40) *Homil. XXII. in Genes. T. II.* Opp. p. 247. edit. *Duciae.*

41) *Quaest. XLVII. in Genes. Opp. T. I. p. 58.* edit. *Schulz.*

Ius Alex.⁴²⁾ Basilius Seleuc.⁴³⁾ et Augustinus⁴⁴⁾. Origenes vero, qui et ipse eam parum videtur concoquere potuisse, neque tamen aperte voluit impugnare, in allegoriam eam conuerit; qua de re infra adhuc pluribus dicendi locus erit.

Si vero quaeritur iam, vnde tandem hausta fuerit a doctoribus nostris tam mira et inepta opinio, et si non vnicet, simul tamen, ut diximus iam, ex Platonico eam fonte illos volunt hauisse⁴⁵⁾. Quod dum defendunt, partim illud urgent, quod corpora angelis a nostris tributa fuissent, ex hac ipsa eorum opinione luculenter adpareat, haec vero aperte ex Platonica ab iis philosophia arrepta fuerint; quod tamen quam parum probabile sit, in tertia iam Commentatione ostendimus; partim vero illud etiam commemorant, quod daemones quidem simili modo pro Deorum filiis, ex nymphis alisque foeminis iis natis, a Platone fuerint declarati⁴⁶⁾. Verum si hic fuisset sententiae illius fons, tum profecto non videmus, cur ab uno Platone repetendam eam esse existimant, cum eiusmodi narrationem de Deorum cum foeminis commercio proleque inde orta omnis mythologia gentilium plena esset. At enim uero tantum absuerunt nostri, ut his gentilium narrationibus in hac sententia defendenda duci se patarentur, ut eas potius ex hoc ipso dogmate suo corrigendas et emendandas esse statuerent. Magnopere nimurum his narrationibus offendebantur hoc nomine, quod ipsis Diis eiusmodi amores illiciti tribuantur, a quorum tamen persona non possint non alienissimi iudicari; ideoque illud potius, quod de angelis eorumque filii factum esse constet, ad eiusmodi narrationes translatum

42) Adu. *Italian.* I. IX. p. 296. s. et
adu. *Antropom.* I. 1. cap. XVII. Opp.
T. VI. p. 384. edit. Paris.

43) *Orat.* VI. p. 31. edit. Paris.

44) *De ciuit. Dei* I. XV. c. 23. Opp.
T. VII. p. 308. edit. Bened. et Quaeſt.
III. in Genes. T. III. p. 284.

45) Quae nominatio est sententia Rich. Simonii in *Bibliotheg. critiq.* To.
III. c. 3. p. 45. itemque Imm. Ern.

Hahnii in *Diff. de Platonismo Theologiae veterum ecclesiae doctorum*, p. 13. et Gottl. Wernsdorfi in *Exercit. de commercio angelorum cum filiabus hominum ab Iudeis et Patribus Platonizantibus credito*, p. 16. atque Iac. Bruckeri in *Histor. crit. Philos.* P. II. I. c. 3. To. III. p. 377.

46) Quo in primis nititur Wernsdorfius I. L.

latum et detortum fuisse statuerunt; quam in rei plura exstant Iustini Mart.⁴⁷⁾, Athenagorae⁴⁸⁾ et Eusebii⁴⁹⁾ testimonia admodum perspicua. Hinc igitur ex alio potius fonte sua hauserint nostri necesse est. Neque vero diu dubii haerere poterimus, quinam ille potissimum fuisse censendus sit, cum non modo saepenumero profiteantur, ex libris sacris haec se didicisse, sed ipsum etiam locum nobis monstrant, in quo haec tradi sibi persuaserant, notissimum nimirum illum Gen. VI, 2. locum⁵⁰⁾, ex

B 2

quo

47) *Apol.* I. §. 5. p. 5. edit. Thal. vbi haec habet: ἐπεὶ τὸ παλαιὸν δάμοις φαῦλοι ἐπίφανες ποιῶμενοι, καὶ γυναικαὶ ἐμοιχεαταὶ καὶ παιδαὶ διέφεραν, καὶ φόρητοι ἀνθρώποις ἔδειξαν, ὡς καταπλαγματικοὶ τοὺς οἱ λόγῳ τὰς γνωμένας πράξιες εἰς ἔκρινον, ἀλλὰ δὲ εἰς συνηρεπεῖνοι καὶ μὴ ἐπιστένειν δαίμονας εἶναι φαῦλας, θεῖς προσωνύμους, καὶ διόρθωτε ἐκαπνούς, ὅπερ ἐκπατεῖ αὐτῷ τὸν δαίμοναν ἀπέβητο; itemque §. 29. p. 21. vbi, postquam facinora quaedam et stupra Louis commemorauerat, haec addidit: ἀπεινὸν δὲ αὐτοφονέειν ψυχῆς ἐννοιαὶ τοιαῦτη περὶ θεῶν, οἵτινες αὐτὸν τοὺς ἄγνεούς καὶ τενήτορα πάνταν κατ' αὐτοὺς Δία, πατροφόντην τε καὶ πατρὸς τοιότητος γερονέας, θεωτί τε κακὸν εἰσὶ αἰσχρῶν ἀνθρώπων ἥττα γνωμένον, ἐπὶ Γανυμήδην καὶ τὰς πολλὰς μοιχευθεῖσας γυναικαὶ δέδιοι, καὶ τὰς αὐτοῦ παιδαὶ τὰ βρυταὶ πράξαντες παροδέξανται, ἀλλὰ ὡς προφημεῖν, οἱ φαύλοι δαίμονες ταῦτα ἐπεράζουν. Quibus similiis sunt, quae dicit *Apol.* II. §. 6. p. 73. οὗτον, ipsoquies, καὶ ποιῶται καὶ μυθολόγοι, ἀγνοῦντες τὰς ἀγγέλες καὶ τὰς ἔξ αὐτῶν γεννήσαντας δαίμονας ταῦτα πράξαι εἰς ἄρρενας, καὶ Συλεῖας, καὶ πόλεις, καὶ ἔθνη. ἀπειρ συνέγραψαν εἰς αὐτὸν τὸν Θεὸν καὶ τὰς ὡς ἀπ' αὐτῶν παρεῖ περιμένεις, κ. τ. λ.

48) Legat. pro Christ. 7. l. §. 13. vbi, postquam de isto angelorum stupro natisque inde gigantibus expulerat, haec deinde addit: εἰ δὲ τις ἐπι μέρες εὑρίσκει περὶ τῶν Γιγάντων καὶ πονταῖς λόγος καὶ θαυμάσπικε, τῆς κοσμικῆς σοφίας καὶ θεολογίκης, (οὗον ἀληθεῖα πιθανῆ διαφανεῖται) διαλατεσθῶ, καὶ τῆς μὲν θεϊκῆς ἐπιφανίας, τῆς δὲ ἐπιγνώσεως, καὶ κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ὥλης.

"Ιτανὲν φεύδεται πολλὰ λέγειν ἐπύμοισιν ὁμοία.

49) Qui tamēn paulo dubitantius hac de re loquitur *Prap. citang.* I. V. c. 4. p. 186. edit. Colon. vbi, postquam de improbis daemonibus et Titanibus dixerat, ita deinde pergit: Μή ποτε ἄρα τοιαῦτα ἢ τὰ περὶ τῶν πρὸ τῆς κατακλυσμῆς Γιγάντων ἐν τῷ θεῖοι γραφῇ λεγόμενα, τὰς περὶ τάτης γεγεννηκότων, περὶ ὧν εἴρηται, ιδίντες δὲ οἱ ἄγγελοι τὰ θεῖα τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, οἵτινες εἰδὼν ἑαυτοῖς γνωτίσας εἰκόνας ἀνεβάλλουσαν τοῖς θεοῖς, οἱ ἀνθρώποι εἰς αἰῶνας. εἰποι γὰρ ἂν τις τάτης εἰκόνας εἴσαι, καὶ τὰ εἰκόνας πινεύματα παρὰ τοῖς μετὰ ταῦτα αὐθεντῶν πεδεποιημένα.

50) Cuius quippe loci praeter Eusebium l. l. dissentam etiam mentionem facit Terull. in loc. supr. not.

28.

quo eodem, testibus quidem omni dubitatione maioribus Philone³¹⁾ atque Iosepho³²⁾), eadem dudum iam ante sibi effinxerant Iudei. Si vero forsitan miretur aliquis, quonam tandem modo loco isto in tam peruersam vtrique sententiam abducti fuerint, cum, quicunque etiam sint filii Dei ibi commemorati, cumque filiabus hominum congressi, de qua re etiamnum inter Interpretes constat disceptari, id saltem adpareat, de angelis nullo modo posse cogitari; facile poterit suspicari, Alexandrinorum Int. versione eos fuisse deceptos, vbi meminerit, huius versionis non modo inter Iudeos sumimam fuisse auctoritatem, sed ab eadem christianorum etiam doctorum maximam fere partem totam pependisse. Atque hanc conjecturam mox pluribus confirmata deprehendet. Quanquam enim in hodiernis huius versionis libris et scriptis et editis, excepto uno codice Alexandrino expressaque hinc editione Grabiana, in loco isto vbiique deprehendatur lectio textui hebraico respondens: *εἰ νιολ τὸ θεός;* tamen in antiquioribus eius exemplis illius loco lectum potius fuisse *εἰ ἄγγελοι τὸ θεός,* tot confirmatur testimonii fide dignissimis, vt iusta quidem dubitatio nulla amplius relinquatur. Ut enim taceamus Philonis locum hanc lectionem aperte agnoscentem³³⁾), eam non modo stabiliunt omnes scriptores christiani, qui huius angelorum cum mulieribus connubii mentionem faciunt, sed sunt etiam,

28) iam allato *de veland. virg.* c. 7. Athenagoras vero ea, quae de angelis istis narrat, scriptorum fatem divinarum testimonio nisi monet, dum loco saepius iam commemorato §. II. haec ponit: *Ἵτο δὲ μηδὲν ἡμῖν ἀπάρτυ-
γον λέγειν, ἀ δὲ ταῖς προφήταις ἐπεφώ-
νηται μηδέν.*

51) *Lib. de gigant.* Opp. T. II. p. 353. edit. Pfeff.

52) *Aniq. Iud. lib. I. c. 3. §. 1.* Opp. T. I. p. 24. edit. Oberth. Quanquam enim hic istum Mosis locum non diserte laudat, tamen verba eius aperte pertinent ad eam historiae ge-

neris humani partem, quam Moses illo Cap. VI. describit, et praeterea etiam ipse dicit, se ea narrare, quae isti angelorum filii ex mulierum coniubii prognati fecisse tradantur, (*πα-
ραδούνται*) adeoque haud dubie de scripto quadam libro, cogitauit, in quo de his exponatur.

53) Hunc enim in suo τὸν δὲ exemplari vtiique legisse ἄγγελον, luce profecto clarius adparet ex iis, quae recitato Mosaico loco addit I. I. *οὐδὲ ἄλ-
λοι, inquiens, φιλόσοφοι δικυροις, ἀγγέ-
λοις Μωϋσῆς εἴπωσεν ὄνομάσειν.*

iam, qui diserte testentur, eam in multis olim libris repartam fuisse, Cyrillus⁵⁴⁾ nimirum atque Procopius Gazacus⁵⁵⁾, itemque Augustinus⁵⁶⁾; eandemque expressit etiam vetus versio latina, ex graeca illa facta et Italae vulgo nomine nunc veniens, in qua quippe *angeli Dei*, non, *filii Dei* lectum olim fuisse, ex Ambroſi⁵⁷⁾, aliorumque veterum scriptorum testimoniiis⁵⁸⁾ cognoscitur. Quae cum ita sint, vix licet dubitare, hodiernam eamque textui hebraico conuenientiorem h. l. lectionem: *vñl 9es ex Origenis potissimum opere hexaplii esse repetendam, genuinam autem eius lectionem illam antiquiore potius iudicandam, quae*

B. 3.

ante

54) Qui eam in *Libr. IX. contr. Iu-
ian. p. 196.* tum in *lib. II. Glaphyr. in
Pentat.* diserte testatur, quaedam ex-
emplaria in illo loco sic legere: *ἰδού
τὸς δὲ αἱ ἄγγελοι τῷ θεῷ, κανουμ
ἴψε in priore quidem loco veriorem
scripturam hanc potius esse iudicat
οἱ πολιτεῖαι τῷ θεῷ, καὶ τ. Α.*

55) In *Comment. in Pentat. inodī-
ris supr. not. 28.* laud. ipse quidem
locum hunc ita recitans: *ἴδοντες δὲ εἰ
δύο τῷ θεῷ ταῖς Ἱγυατέσκαι τῶν ἀνθρώπων,
sed simul tamen haec addens: γράφε-
ται καὶ ἔγγραιοι θεοί.*

56) De cīnīt. *Dei I. XV. c. 23. Opp.
T. VII. p. 308.* edit. Bened. haec ab-
bens: *Sepriniginta quidem Interpretes
er angelos Dei dixerunt istos er filios
Dei, quod quidem non omnes codices
habent, nam quidam nisi filios Dei non
habent. Quibus similia sunt, quae
tradit *Quæst. III. in Gen. Opp. To.
III. p. 284.* Quæritur, inquiens, quem-
admodum ponuerunt angelii cum filiabus
hominum concubere, — — quamvis
nonnulli et latini et græci codices non
angelos habeant, sed filios Dei, quos
quidam ad soluendam istam questionem
iustos homines fuisse crediderunt, qui*

*ponuerunt etiam angelorum nomine num-
cupari.*

57) Hunc enim in suo codice uti-
que legiffe: *angeli Dei, adparet ex
lib. de Noe et Arca. c. 4. Opp. To. IV.
p. 144.* edit. Basil. vbi de loco Gen.
VI, 4. disputans, *non Poëtarum more*
*inquit, gigantes illos terrae filios vult
videri diuinæ scripturae conditor, sed*
*ex angelis et maleribus generatos affe-
rir.* Hos enim angelos hic profecto-
non suisset commemoraturus, nisi eos
in codice suo commemorari vidisset,
cum ipse non statuerit, de angelis,
qui proprie dicantur, hic cogitandum
esse, sed viros potius probos per eos
significari, in seqq. tradat: *quod ipsum*
etiam in Comment. in Ps. CXVIII.
defendit. Hinc vero simul intelligi-
tur, eum non posse inter illius sen-
tentiae, quam nunc tractamus, de-
fensores referri, inter quos eum a
plerisque fere laudatum vidimus,
ideoque nos silentio eum supra praे-
termisimus.

58) Quae videri possunt in Petr.
Sabatier *Bibliorum sacrorum latin
version. antiqu. To. I. ad h. l.*

ante Origenis tempora omnes fere aut plerosque saltem libros scriptos videtur occupasse⁵⁹). Neque vero mirum nos habere debet, Interpretes istos hebraicum בְּנֵי אֱלֹהִים per: οἱ ἄγγελοι τὰς θεᾶς expressisse, cum id ipsum in duobus etiam aliis Iobi locis (Cap. I, 6. et c. XXXVIII, 7.) fecisse deprehendantur, adpareatque hinc, eos utique statuisse, in filiis Dei angelos esse cogitandos, constetque praeterea ex aliis etiam pluribus exemplis, eos suas opiniones suamque de sensu loci alicuius sententiam in ipsam versionem suam transferre parum veritos esse. Quod vero filios Dei de angelis explicandos esse statuerunt, in eo non aliter profecto iudicarunt, ac recentiorum etiam Iudeorum multos iudicasse nouimus, qui quippe et ipsi filios Dei in angelorum numero posuerunt⁶⁰), ideoque etiam Mosaicum istum locum de hisdem sunt interpretati⁶¹); similiterque vel etiam doctorum christianorum, qui in textu loci illius filios Dei haberent, tamen de angelis eum explicarunt⁶²), quemadmodum post multi, qui angelos

59) Quod contra vistum est Claud. Frees Hornemann in Spec. II. Exercitationum critic. in versionem LXX. Interpretum ex Phileone, (Hann. 1776. 8.) p. 192. qui lectionem ἄγγελοι ex margine potius, in quo ad explicanda verba: νοι τὰς θεᾶς ab aliquo adiecta fuisset, in textum irrepsisse, inque locum verioris illius lectionis substitutam fuisse statuit, quod tamen a veri specie multum videatur abhorre.

60) Qua de re videndus est Petavius dogmat. theol. T. III. lib. III. c. 2. p. 38.

61) Ut intelligi potest ex Eisenmengeri entdeckt. Iudeenth. Part. II. c. 8. pag. 429. ff. itemque Sauberti Palaeastr. theol. phil. p. 46. ff. Quibus addi potest et illud, quod in Paraphraesi Pseudo-Ionath. loci illius Mo-

saici Gen. VI, 2. et 4. deprehenditur, in qua nimurum simili modo angelii cum hominum mulieribus congressi fuisse dicuntur, interque eos nominatum commemorantur Schamchazai et Vziel, qui de coelo fuerint de lapsi.

62) Quod Tertulliani saltem exemplo constat, qui de virginibus. c. 7. locum istem recitans dilerte lectio nem filii Dei exhibit, et tamen ad angelos eum transfert. Vid. not. 25. Similiter vero modo Chrysostomus etiam Homil. XXII. in Genes. dicit, multis per filios Dei in loco isto commemo ratos angelos videnti significari, οἱ δὲ οὐρανοὶ, inquiens. ὅτι ἐπὶ ἀρχαῖς τετταράκοντα περὶ ἄγγελων τέτταρες γένοις θεοῖς προσηγόρευεν, iamque haec addit: καὶ πεντακονταὶ μὲν διεξάτοσαν, πέντε ἄγγελοι διοι θεοὶ προσηγόρευεντοσαν, ἀλλ᾽ ἐκ

angelos ibi commemoratos deprehenderent, tamen de hominibus cogitarunt⁶³⁾). Vtrum vero, si haec genuina sit τῶν ὁ lectio, eorum versione antiquior iam fuerit fabulosa ista de angelis cum filiabus hominum concubentibus opinio, an ex hac ipsa eorum versione orta demum sit, id, cum historicis ea de re testimoniis destituamur, profecto non licet nobis amplius definire, omninoque prima huius opinionis origo prorsus incerta et obscura est, adeoque vix poterit vñquam perspicue declarari. Quod enim Souuerainius⁶⁴⁾ statuit, estque Bruckero⁶⁵⁾ etiam non improbabile visum, eam ex allegoria, animarum in corpora descensum adumbrante, parum recte intellecta ortam esse, id profecto non habet, quo nitatur, aut eo saltem non poterit confirmari, quod Philo⁶⁶⁾ quidem et Origenes⁶⁷⁾ hanç narrationem in eiusmodi alle-

ἀγ. ἔχουεν ἀνδραῖς δεῖχται. In quo tamen iudicis repugnantem sibi habet Ambrosum, qui lib. de Noë et Arca c. 4. Plerumque, inquit, angelos filios Dei vocat scriptura.

63) Quod confirmatur exemplis Augustini et Ambrosii in locc. not. 36. et 37. laud.

64) De Platonismo Part. Part. II. sect. XVIII. p. 191. versl. germ.

65) Histor. critic. Philos. To. II. P. I. lib. II. c. 3. sect. I. p. 894. f.

66) De gigant. l. l. vbi tamen istam narrationem nōn de animarum in corpora descensu, sed de eo potius explicat, quod se prauis cupiditatibus per corpus motis abripi passas fuerint, in quam rem praeter loc. laud. in primis etiam perspicuus est locus libr. quod Deus sit immutabil. To. II. p. 388. vbi de eadem re haec habet: ἄταν δὲ ἀμορφῶσθεν ἐπισκασθῆ τὸ διανοτα- φῶς, οἱ τὰ σκότως ἔταιροι παρενηρύσαν- τες, πάλεσσι τοῖς κιταυγίσι καὶ τεθηλυμέ- στοις, ἃς Συγκατέρας ἔργουν ἀνθρώπων,

συγκατέρας ρετοντος εὐνοῖς, οἱ τῷ θεῷ

67) Contr. Cels. l. V. p. 267. in quo tamen loco non possum mihi perfundere, eum, cum dicit, alium iam ante se haec, quae de angelis narrantur, de animarum in corpora humana descensu explicasse, Philonem in animo habuisse, ut plerumque statunt, quoniam e Philonis locc. modo laud. adpareret, cum mysticum huius narrationis sensum paulo aliter constituisse, et ipse etiam Origenes alibi non de vno tantum, sed pluribus huius allegoricae interpretationis fautoribus loquitur, in Comment. nimirum in Ioban. p. 132. To. II. Huer. vbi, postquam praeceunte Enochis libro, mentionem insicerat τὸ τῶν τε θεῶν πατορβάτων ἐπὶ τός Συγκατέρας πῶν αὐθωπεν, haec subiungit: ἡτταν πατά, βασιν αἰνισσεθαν τινὲς ὑπειλύφασι τὸν τῶν Συκῶν κάθοδον ἐπὶ τὰ σώματα, Συγκατέ- ρας ἀθρόων τροπικάτερον τὸ γῆνος ακῆ- νος λέγεσθαι ὑπειλύφατες.

allegoricum sensum fuerint interpretati. Ecquis enim hoc in tantis allegoriarum fautoribus miretur? et nonne talia tum demum allegorice solent explicari, ubi proprium eorum sensum a vero viderint abhorrere, iustumque habere offensionem? Quod vero mysticum hunc narrationis illius sensum caeteris etiam doctoribus christianis non ignotum et consulto ab iis occultatum fuisse suspicatus est idem Souuerainius⁶⁸⁾, id, quam nullam plane veri speciem habeat, sponte putamus in oculos incurrere. Iam vero undeunque etiam orta fuerit opinio illa, hoc saltem relinquitur, Iudeos non minus, quam Christianos firmissimum eius fundamentum in isto Mosaico loco, Alexandrina eius versione deceptos, sibi visos esse reperisse.

Neque tamen ab hoc uno loco hac in re pependerunt, sed ex Enochii etiam libro quodam hauserunt, in quo haec eadem res tradita fuerat pluribusque exposita. Huius enim libri consensum non modo diserte hac quidem in re⁶⁹⁾ prae se ferunt Clemens Alex.⁷⁰⁾ et Tertullianus⁷¹⁾, sed in eodem talia de angelis narrata fuisse, praeterea adhuc testantur Origenes⁷²⁾, Hilarius⁷³⁾, Hiero-

68) Haec quippe l. l. scribens: Vielleicht ist selbst den übrigen Kirchenvätern dieser mystischen Sinn nicht unbekannt gewesen; aber sie folgten ihrer Art zu philosophiren, nach der sie sich immer so ausdrückten, dass die Allegorie gar nicht durchschien, um eben den Sachen, die sie vortrugen, ein desto geheimnisvolleres Ansehen zu geben. Sie setzten immer voraus, dass Köpfe vom ersten Range, für die sie schrieben, das Geheimniß wüssten, und in Ansicht des Volks war es eben ihre Absicht, es zu verbergen.

69) Quibus vero praeterea in causis testimonio eius vtantur, omnium optime intelligi poterit ex Fabricii Cod. pseudopigr. V. T. To I. p. 107. ff.

vbi veterum scriptorum de hoc libro testimonia diligenter collecta reperiuntur.

70) In loco ex Eclog. ex script. prophet. nos. 31. iam laudato.

71) De cult. foemin. c. 10. et de bab. muliebr. c. 3.

72) Comment. in Iobann. l. l. item que contr. Cels. l. l.

73) In Psalm. CXXXII. 3. vbi haec leguntur: Hermon mons est in Phoenice, cuius interpretatio anathema est. — Fertur autem id, de quo etiam neficio cuius liber exstat, quod angeli concupiscentes filias hominum, cum de coelo descendente, in hunc montem maxime conuenirent excelfum.

Hieronymus⁷⁴⁾ et Augustinus⁷⁵⁾ , hocque eorum testimoniūm ipsis etiam huius libri fragmentis⁷⁶⁾ ad nostram aetatem transmissis confirmatur , in quibus quippe omnia , quae scriptores isti hac de re in illo tradi narrant , etiamnum reperiuntur⁷⁷⁾ . Huic vero libro cum priorum saltē saeculorum doctores haud exiguum auctoritatem deferent⁷⁸⁾ , non mirum profecto est , ipsius

74) In Comment. in eundem Psalm. CXXXII. vbi legimus , inquit , in quodam libro apocrypho , eo tempore , quo descendebant filii Dei ad filias hominum , descendisse illos in manum Hermon et ibi intisse pactum , quomodo venirent ad filias hominum et sibi eas sociarent .

75) De ciuit. Dei lib. XV. c. 23. vbi librum istum diserte dicit , istas de gigantibus fabulas , quod non habuerint homines patres , continere .

76) Quae fragmenta primus e Syncaleto rum temporis nondum edito produxit Scaliger in Not. ad Chronic. Eusebii. p. 405. post vero praeter alios plures in primis repetierunt Grubius in Not. ad Spicilegium PP. To. I. p. 347. ff. et Fabricius l. l. p. 179. ff. Germanice versa leguntur partim in Roesseri Bibliothe. PP. Vol. IV. p. 321. partim in Corrodi Beyträgen zur Beförder. des vernünftig. Denkens in der Relig. Vol. II. p. 146. ff.

77) Narratur nimis in his res in hunc sere modum : Καὶ ἐγένετο , ὅτε ἐπλιθύθησαν οἱ νοι τῶν ἀνθρώπων , ἐγενῆθησαν αὐτοῖς θυγατέρες ὄμοιαι , καὶ εἰπεῖν μόσαν αὐτοὺς οἱ Ἐγρήγοροι , καὶ εἶπον πρὸς ἀλλήλους , ἐκλέψουσι εἰποτοῖς γυναικίς ἀπὸ τῶν θυγατέρων τῶν ἀνθρώπων τὰς γῆς . — τότε πάντες ὄμοιαι ὥρη καὶ ἀναθεμάτισαν ἀλλήλους . Ήσαν δὲ ἔτοι διαισχοι οἱ καταβάντες ἐν ταῖς ἡμέραις Ιαρέδ εἰς τὴν

κορυφὴν Ἐρμονίην ὕψος . καὶ ἐκάλεσαν τὸ ὅρος Ἐρμῷα παθότι ὄμοιαν , καὶ ἀναθεμάτισαν ἀλλήλους ἐν αὐτῷ . — Οὗτοι καὶ οἱ λοιποὶ πάντες ἐν τῷ κιλιοτῷ ἐκατοῦ ἑβδομήκοτῷ ἦσαν τὰ μέσαν ἔλαφον . εἴποις γυναικίς , καὶ ὑπέστη πατέσσαι ἐν αὐταῖς ἔως τὰ καταλύπτα . καὶ ἔτεκον αὐτοῖς γένη τρία πρώτοι γίγαντας μεγάλας . οἱ δὲ γίγαντες ἐτίνασσαν Ναφύλεια . καὶ τοῖς Ναφύλειμ ἐγενῆθησαν Ἐλεύθ. κ. τ. λ. Εἶτε autem in Ἐγρήγοροι , quibus haec omnis res hic tribuitur , de angelis cogitandum , cum omnis reliqua narratio postular , cum pluribus etiam docuit Fabric. l. l. cuius notae fragmētae his subiectae omnino dignae sunt , quae conseruantur .

78) Cuius rei testis in primis est Tertullianus , qui de idolol. c. 15. To. IV. p. 170. non dubitauit diuinam huic libro inspirationem vindicare , dum haec , inquit , ab initio praevidens Spiritus S. eriam ostia in superstitionem ventura praececinis per antiquissimum propheten Enoch . Alio vero in loco de bab. muliebr. c. 3. To. III. p. 58. auctoritatē huius libri pluribus defendere conatus est ; in quo loco eum simili aperte pro libro Iudeis iam cognito declarat ; cum eum propterea ab illis rejectum videri statuit , quoniam de Domino etiam prae dicer . Quanquam vero , ut ex hoc ipso Tertulliani

XVIII

ipsius etiam testimonio narrationis illius veritatem non parum iis visam fuisse confirmari. At enim vero in hoc ipso libro nouum simul habemus testimonium, e quo adpareat, hanc de angelis cum hominum mulieribus matrimonio iunctis traditionem dum iam inter Iudeos cognitam fuisse ab iisque defensam, adeoque et hoc colligi possit, ab his potius, quam e Platonis schola ad nostros eam videri translatam fuisse. Quanquam enim fuerunt, qui librum hunc Saec. demum II. a Gnosticis forsitan confictum esse contenderent⁷⁹), multo tamen firmioribus argumentis⁸⁰) ab aliis est demonstratum, eum iam ante Christum natum ab Hellenista quodam Iudeo¹ compositum esse. Saltem Apostolorum iam aetate librum aliquem Enochii nomen praeseferent exsistisse, ex notissimo illo epistolae Iudee v. 14. s. loco tam perspicue videtur intelligi posse⁸¹), ut, nisi quis huius simul epistolae αιθερίαν dubiam reddere velit, quod propter hoc ipsum testimonium olim iam a multis factum esse constat⁸²), a nomine,

tulliani loco adparet, vel tum iam fuerunt inter Christianos, qui et ipsi hunc librum non reciperent, atque praeterea Origenes etiam contr. Cels. l. 1. testatur, eum ab ecclesia pro diuino scripto non agnoscendi, tamen vel huius ipsius Origenis aetate adhuc fuisse, qui aliter de eo statuerent, ex alio eius loco Comment. in Iohann. l. 1. haud obscure videatur intelligi posse, eum, postquam ibi mentionem eius fecerat, haec addenda indicauerit: εἰ τῷ φίλῳ τηγαδέξεδαι οὐ καὶ τὸ βιβλόν.

79) A quorum sententia praeter alios plures a Fabricio pag. 199. ss. laudatos non multum absuisse etiam videtur Rich. Simonius in Biblioth. critiq. To. III. c. 3 p. 41. ss.

80) Quas in primis expulit Grubius l. 1. p. 345. probantque etiam Wernsdorffus in Comment. aliquoties iam laud. s. 8. p. 20.

81) Locum enim, quem hic recitat Iudas, ex scripto quodam libro, Enochii nomen praeseferente, petitum esse, cum res ipsa videtur postulare, tum vero his nostris temporibus vix poterit in dubium adhuc vocari, cum haec ipsa verba, teste quidem b. Michaëli in Biblioth. orient. et exeg. Part. VI. p. 226. et 229. ante aliquot annos a Cel. Woidio in aethiopico quodam huius libri Enochii exemplo fuerint reperta.

82) Teste quidem Hieronymo in Catal. Script. eccl. c. 4. ita scribente: Iudas frater Iacobi parvum quidem quae de septem caibolicis est Epistolam reliquit. Et quia de libro Henoch, qui apocryphus est, in ea assumit testimonium, a plerisque reicitur: ratiem autoritatem veritate ion et usq; meruit, et inter sanctas scripturas computatur. Tertullianus vero in loc. supr. not. 78. laud.



mīne possit negari; omninoque, si quidem vera sunt, quae de origine librorum V. T. pseudepigraphorum, qui dicuntur, Semierus nuper disputavit ⁸³⁾), omnes isti libri aetati, christiana religione longe antiquiori, sunt adsignandi. Hinc in XII. etiam Patriarcharum, quae dicuntur, Testamentis, simile testimonium probatae a Iudaeis mirae huius de angelorum connubiis opinionis erit agnoscendum ⁸⁴⁾). Nam in his etiam eiusdem sceleris, plus vno in loco ⁸⁵⁾) accusantur. Quae si quis omnia cogitaverit, profecto intelliget, ab omni probabilitatis specie abhorre, hanc sententiam ex Platonicae potius philosophiae decretis ab antiquioris ecclesiae doctoribus haustam, quam a Iudaeis tanquam doctrinam ipsa librorum sacrorum auctoritate confirmatam, errante quidem animo, sed bona tamen fide cum pluribus aliis suscepitam fuisse.

Sed missis iam his commenticiis atque impuris amoribus ad sanctiora connubia prolemque multo generosiorem atque nobiliorem mentem cogitationesque nostras conuertamus, Seruatoris

laud. de bab. muliebr. c. 3. hoc ipso auctoritatem libri istius Enoch inscripti stabilire studuit, quod eius verba quedam in epistola Iudei laudentur, dum eo accedit, inquit, quod Enoch apud Iudam Apostolum testimonium posiderit.

83) In theolog. Brief. Vol. I. p. 185. ff.

84) Nam et hunc nominatum librum a Iudeo quodam iam ante Christi aetatem scriptum fuisse, non incommodis, ut puto, argumentis euincere studuit Grabeus in Praefat. ei praemissa in Spicileg. Patt. T. I. p. 129. ff. quam reperiit etiam Fabricius l. l. pag. 496. ff. Alter tamen nuper visum est Georg. Veesenmeyer in Beyträge. zur Geschichte. der Litterat. und Reformat. (Ulm. 1792. 8.) qui eum Saec. II. po-

tius a Christiano quodam iudaizante compositum esse defendit.

85) V. c. in Testam. Ruben §. 5. ubi haec leguntur: οὗτοι γάρ ἔθελαν τές Ἐγγύησες πρὸ τῆς κατακλυστίς. ιψεῖς νοι συνεχόσ δρόντες αὐταῖς, ἐγένεντο εν ἑπτεύμετρα ἀδάπτων; ναὶ συνέλαβον τὴν διανοίᾳ τὴν πρᾶξιν, ναὶ μετεκμιατίζοντο εἰς ἀνθρώπους, ναὶ εἰ τῇ συνειδή τῶν ἀδάπτων συνθανούσι αὐταῖς, ιψεῖαι ἐπιδυμόσαι τῇ διανοίᾳ τὰς φαντασίας αὐτῶν ἔτενον αὐταῖς γέγναταις. ἐφανούσι γάρ αὐταῖς Ἐγγύησοι ἔτος τῆς ὥρας φθανοντες: itemque in Testam. Neptibal. §. 3. vbi haec occurruunt: ὅμοιοι ναὶ δι Ἐγγύησες ἐνύδαταιν τάξιν φύσεως αὐτῶν, οἱς κατηράστατο κύριος ἐπὶ τῆς κατακλυσμῆς, δι' αὐτές ἀπὸ κατοικησίας καὶ καρπῶν τάξις την γῆν ἀσκήσατο.

toris nimirum ac Domini nostri Iesu Christi natalitia felicissima
aeque ac laetissima, quorum nunc iterum anniversariam memo-
riam celebramus. Qua de re vt omnes, quotquot sunt veri Chri-
stiani, iure suo laetantur, ita suam quoque de eadem laetitiam
declarabit Academia nostra, solennibus sacris in aede Paulina
crastino die hora XII, eam in rem instituendis: ad quae sacra
agenda audiendumque inter ea IOHANNIS DAVIDIS GOLDHOR-
NII, AA. M. Viri doctrina non minus, quam morum probitate
commendabilis, orationem *de sapientia Dei in tam humilibus Christo*
natalibus ad signandis maxime conscientia, vt Vos, COMITES ILV-
STRISSIMI, VTRIVSQUE REIPUBLICAE PROCERES GRAVIS-
SIMI, COMMITTONES GENEROSISSIMI atque HUMANIS-
SIMI frequentes confluatis maiorem in modum Vos rogatos cu-
pimus.

P. P. Dom. IV. Aduent. A. C. MDCCXCVII.

LIPSIAE,

ET OFFICINA KLAUWARTHIA.

Jf 788

TA - OC


ULB Halle
007 412 312


3



20





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

E C T O R

A E L I P S I E N S I S

N A T A L I T I A

O S T R I I E S V C H R I S T I

E C E M B R I S A . R . S . c I o I o c c x c v i x

E A N N I V E R S A R I A

I N

P A V L I N A

R E C O L E N D A M

I N D I C I T

*efiae culpa corruptae per Platonicas sententias
Theologiae liberandis
m m e n t a t i o V.*